



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LIBRI || OFFICIALIS || SIVE AGENDAE S.|| TREVERENSIS
ECCLESIAE PARS || POSTERIOR, IN QVA IAM PRIDEM
RECEPTI ET || longa consuetudine confirmati
Catholico-||rum ritus, quasi in vnum corpus ...**

Jakob <III., Trier, Erzbischof>

Trevorum, 1576

VD16 ZV 206

Benedicto Salis & Aquæ Dominicis diebus per annum cum Responsorijs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75472)

DE AQUA BENEDICTA.

Diebus dominicis Sacerdos albam indutus, aut stola saltem collo apposita, infra scripto modo aquam benedicat.

Adiutorium nostrum in nomine domini.

Respon.

Qui fecit cœlum & terram.

Deinde incipit exorcismum salis absolute.



Exorcizo te creatura falis, per Deum ✠ viuum: per Deum ✠ verum: per Deum ✠ sanctum: per Deum, qui te per Heliseum prophetam in aquam mitti iussit: vt sanaretur sterilitas aquæ: vt efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium: & sis omnibus te sumentibus sanitas anime, & corporis: & effugiat atque discedat à loco, in quo aspersum fueris, omnis phantasia

A & ne-

Exorcismus

& nequitia, vel versutia diabolicae fraudis: omnisq; spiritus immundus adiuratus: per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. **Respon.** Amen.

Oratio.

Oremus. Immensam clementiam tuam omnipotens æternæ deus, humiliter imploramus: vt hanc creaturam salis, quam in vsum generis humani tribuisti: benedicere, & sanctificare tua pietate digneris: vt sit omnibus sumentibus, salus mentis, & corporis: & quicquid ex eo tactum, vel respersum fuerit: careat omni immunditia, omnique impugnatione spiritalis nequitie. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Exorcismus aque, & dicitur absolute.

Exorcizo te creatura aque, in nomine dei ✠ patris omnipotentis: & in nomine ✠

Salis & aquæ.

3

ne ✠ Iesu Christi filij eius domini nostri, & in virtute spiritus ✠ sancti: vt fias aqua exorcizata, ad effugandam omnē potestatem inimici: & ipsum inimicū eradicare, & explantare valeas, cum angelis suis apostaticis: per virtutem eiusdem domini nostri Iesu Christi, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculū per ignē. **Ref.** Amen.

ORATIO.

Oremus. Deus qui ad salutē humani generis, maxima quæque sacramēta, in aquarum substantia condidisti: adesto propitius inuocationibus nostris: & elemento huic multimodis purificationibus præparato, virtutē tuæ benedictionis infunde: vt creatura tua mysterijs tuis seruiens: ad abijciendos demones, morbosque pellendos, diuinę gratiæ sumat effectum: vt quicquid in domi-

A 2 bus

Exorcismus

bus, vel in locis fidelium, hæc vnda referit: careat omni immunditia, liberetur a noxa: non illic resideat spiritus pestilens: non aura corrūpens: discedant omnes insidiæ latentis inimici: & si quid est, quod, aut incolumitati habitantium inuidet, aut quieti: asperione huius aque effugiat: vt salubritas per inuocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum qui tecum &c. **Respon.** Amen.

Hic mittat sal in aquam, in modum crucis, dicendo semel.

Commistio salis, & aquæ pariter fiat, in nomine pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & spiritus ✠ sancti. **Respon.** Amen. **Versic.** Dominus vobiscū. **Respon.** Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Salis & aquæ.

5

ORATIO.

Oremus. Deus inuictę uirtutis auctor,
& insuperabilis imperij rex: ac semper
magnificus triũphator: qui aduersę do-
minationis vires reprimis: qui inimici
rugientis sequitiam superas: qui hostiles
nequitias potenter expugnas: te domi-
ne tremētes, & supplices deprecamur,
ac petimus: vt hanc creaturam salis, &
aquæ dignanter aspicias, benignus illu-
stres, pietatis tuę rore sanctifices: vt vbi-
cunque fuerit aspersa: per inuocatio-
nem sancti tui nominis, omnis infesta-
tio immundi spiritus abijciatur, terror-
q; venenosi serpentis procul pellatur:
& præsentia sancti spiritus nobis miseri-
cordiam tuam poscentibus, vbique ad
esse dignetur. Per dominum nostrum
Iesum Christum filium tuum: qui te-
cum uiuit & regnat. &c. **Resp. Amē.**

A 3 **Deinde**

Deinde a sacerdote celebraturo missam, aspergatur aqua benedicta altare maius tantum, genibus coram altari flexis, & statim a cantore incipiatur Antiphona.

Solenniter.

Af per ges me Do mine hyssopo

& mundabor. **L**a ua bis me & fu-

per ni uem de alba bor. **Versus. M**ise

rere me i De us secundū magnam mi-
fericor-

Salis & aqua.

7

fericor diam tu am. **L**aua. **G**lo ria

patri & filio & spiri tui sancto. Sicut

erat in principio & nunc & semper

& in saecula saeculorum. Amē. **A** sper.

Dominicaliter.

A sperges me domine hyssopo &
A 4 munda-

mundabor **L**aua bis me & super niuē

dealabor. **Versic.** **M**iserere mei De-

us secundū magnam misericordiam

tuā. **L**auabis me. **G**loria patri & fili-

o & spiritui sancto. **S**icut erat in prin-
cipio

cipio & nunc & semper, & in sæcula

sæculorum Amen. **A**sperges me.

Supradicta antiph. prædicto modo dicatur in asperfione aque benedictę in Dominicis per totū annū, excepto quod in dominica de passione, non dicatur Gloria patri Sed post psalmum, Miserere. repetitur immediate Antiphona. Asperges me domine. Excepto etiam tempore paschali, scilicet a dominica paschæ, vsq; ad pentecostes: quæ cantatur communiter Antiph.

Vi di aquam egredien tem de

tem plo a la te re dex tro, alle
luya

lu ya **E**t omnes ad quos peruenit a-

qua ista sal ui fac ti sunt, & dicent

alle lu ya. **Verfic.** **C**onfite mini do-

mino quo niã bonus quoniã in sæcu-

lũ misericordia eius. **E**t omnes. **G**loria
patri

patri & filio & spiritu i sancto. Si-

cut erat in principio & nunc & sem-

per & in sæcula sæculo rû. Amē. Et oēs.

In octa. uero pēteco. resumitur Asperges me do-
minc. *Finitis antiphonis supra dicto modo,*

*sacerdos, qui asperlit aquam, ante gra-
dus altaris stans dicat,*

Vers. Domine apud te est fons vitæ.

Resp. Et in nomine tuo videbimus
lumen.

Vers. Domine exaudi orationē meā.

Resp. Et clamor meus ad te veniat.

Versic.

Exorcismus.**Verfi.** Dominus vobiscum.**Resp.** Et cum spiritu tuo.**ORATIO.**

Oremus. Præsta quæsumus domine per hanc creaturam asperfusionis aquæ, sanitatem mentis, integritatem corporis, tutelam salutis, securitatē spei, corroborationem fidei, hîc, & in æterna sæcula sæculorum. **Responsio.** Amen.

In tempore paschali.**Ver.** In resurrectione tua Christe, alle.**Resp.** Cæli & terra latentur, alleluia.**Verfi.** Domine exaudi orationē meā.**Resp.** Et clamor meus ad te veniat.**Verfi.** Dominus vobiscum.**Resp.** Et cum spiritu tuo.**ORATIO.**

Oremus. Concede quæsumus omnipotens Deus, vt qui festa paschalia agimus, cœlestibus desiderijs accensî, fontem

Salis & aquæ.

13

tem vitæ sentiamus Christum Domi-
num nostrum. **Responforiũ.** Amen.

In ipso die, & octaua pentecostes,

Versus. Emitte spiritum tuum, & cre-
abuntur, alleluya. **Respo.** Et renoua-
bis faciem terræ, alleluya.

ORATIO.

Oremus. Concede quæsumus omni-
potens Deus, vt qui solennitatem do-
ni sancti spiritus colimus: cœlestibus
desiderijs accensi: fontem vitæ sentia-
mus, Christũ dominũ nost. **R.** Amē.

*Nota, quod tempore paschali aqua benedicta, qua
populº aspergi debet, a die paschæ vsq; ad octauã pēte-
costes inclusiue, reseruetur ex fonte baptismatis. præ-
dicto enim tempore, sal & aqua non benedicuntur.*

*Nota, quod processio fieri debeat, cuiusq; pro loci
consuetudine, quando cantatur Antiph. sequens.*

Benedicat nos Deus pa ter, cu-
B stodiat

studiat nos Iesus Christus, illumi-

net nos spiritus sanctus, omnib9

die bus vitæ nostre, confirmet

nos virtus Christi intercedentibus

sanctis suis, indulgeat nobis do-
minus

minus vniuersa delicta nostra.

Saluator mundi salua nos omnes,

sancta dei genitrix virgo semper Ma-

ria o ra pro nobis, precibus quoq;

sanctorum apostolorum, martyrum

B 2 & con-

& confessorum, sanctarum virginum

Suppliciter petimus, vt a malis omni-

bus eruamur, bonisq; omnibus nunc,

& semper perfrui mere a mur.

BENE-

